

DE
V S V R I S L I-
B R I D V O F R A N-
C I S C I H O T O M A N I
I V R I S C O N-
S U L T I.



L V G D V N I,
Apud Ioannem Frellonium
M. D. L I.

P O T E N T I S S I M O M A
G N I F I C E N T I S S I M O -
que consuli, Senatusque Bernensi, Franciscus
Hotomanus S.

MAGNA profecio sapientissimis hominibus gratia debetur, quorum in legibus rogandis egregia opera industriaque magnam maioribus nostris utilitatem attulit. Quum enim nobis Deus maiore nihil studio ac diligentia quam ciuilent societatem commendari, nulla certe res secundum religionem excogitari potest, que res communem utilitatem continentes, quas publicas appellantur, perinde tueri ualeat, aut earum dignitatem sarciam teclam ab omni periculo conseruare. Est enim singularis quedam legi bene ac sapienter constitutae diuinitus adiuncta uis, atque autoritas. Sed quum nulla unquam natio legibus atque institutis caruerit, tum uero dubium nemini est, Romanos in eo genere longe nullumque ceteris omnibus praestitisse. cuius quidem rei potissima mihi iusa ratio illa est, quod et si neque consiliis neque artificiis unquam eguerint, minime tamen, id quod apud Salustium Cesar dixit, superbia illis obfuit, quoniam aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur. Igitur quod ubique (ait) apud socios aut hostes idoneum uidebatur, cum summo studio domi exequabantur. Ex quo enim uero legibus Romanis adeo tributum est, ut M. Cato apud eundem scriptorem imperij Romani amplitudinem non bellicis artibus sed legum sanctitati Reisque publicae administrandae peritis, acceptam ferat. Nolite (inquit) existimare maiores nostros armis Rempublicam ex parte magnam fecisse;

FRANCISCI

HOTOMANIDE

V S V R I S L I B E R

P R I M V S.

*

Quæ sit usuræ & fœnoris notatio, tum præterea
quæ inter utrūque differētia sit, ad extremum
quæ sit usuræ proprie & speciatim sumptæ de-
finitio hoc primo capite breuiter, & perspicue
declaratur.

C. A. P. I.



S V R A ab utendo dicta est Usuræ
quæ si ad exactum iudicium re- notatio.
uocetur, aliud nihil est quam Usura
vſus. Vnde lucis, vitæ, pecuniæ quid pro
usura ei concedi dicitur, cui priè signi
vti luce, vita, pecunia conce- ficit.
ditur. Cicero libro Tuscula.

primo, Natura dedit usuram vitæ tanquam pecu-
niæ, nulla præstituta die. Quid est igitur quod que-
rare, si repetit quum vult? ea enim conditione ac-
ceperas. De mutuo Cicero loquitur, quam usuram
pecuniæ nominat, quoniā usum pecuniæ continet.
Sed factum est, ut vulgo usura pro usuræ pretio,
vel potius estimatione à Latinis usurparetur: simi Locatio
li forma figuraque loquendi, qualocatione & con- pro loca-
ductionem pro locationis & conductionis pretio tionis
posuerunt. Paulus in l. locatio. D. de publ. & vect. mercede.

A

113

FRANCISCI

HOTOMANI DE

V S V R I S L I B E R

S E C V N D V S.

De fœneratione : quid inter usuram strictè sumptam & fœnoris negotiationem intersit. An fœneratio iusta ac legitima negotiatio existimari debeat. Explicatur Aristotelis sententia ex libr. de Republica primo, quam ob causam Fœneratio naturæ aduersetur.

C A P . I.



X H I S quæ libro superiore dicta sunt satis explicatum esse arbitror, quæ sic iuris ciuilis de usuris sententia, & quibus casibus : quatenus, quām iustè & conuenienter & quita-
tati permisæ sunt. Nunc consentaneum est de fœ-
neratione pauca dicere, de qua video summa do-
& fissimorum omnium dissensione certari. Princi- Usuræ &
fœnoris
differētia
pio enim ostendimus, inter fœnus & usuram id in-
tereſſe, quod usuræ usum quodāmodo repetit, aut
ipſius usus aestimationem. Fœnus vero lucrum ex
ipſis numūm corporibus captat. Illa ob debitoris
commodum, hoc ob solius creditoris lucrum exer-
cetur. Sic enim Cicero, Nec si, ait, tuam ob causam
cuiquam, commodes, beneficium illud habendum

H